Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381374-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381374-p0002-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381374-p0003-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381374-p0004-7

1694.

1. Fech, Johannes Eberhardus: De jure tutelae necessariae.

2. Hertius, Joh. Nicolaus: De paedia juris publici universalis

3. Langenbeck, Georgius: De transactione calumniosa

4. Nitschius, Fridericus: De juribus militum singularibus.

1695.

Hertius, Joh. Nicolaus: De ordine causarum in judicio tractandarum

1696

1. Heeser, Wilhelm: De donationibus inter vivos prohibitis.

2. Hertius, Joh. Nicolaus: De transitione privilegii personalis ad alios.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381374-p0005-3

1696.

3. Hagneck, Joannes Matthaeus: De jure repraesentationis in linea collaterali.

4. Merckel, Salomon Christoph: De testamentis privilegiatis

1697.

1. Mollenbeccius, Bernhardus Ludovicus: De mutuo palliato.

2. Mollenbeccius, Johannes Henricus: De jure Papiriano, quod apud Quirites antiquissimum est

3. Pistorius, Georgius Tobias: De solicitatoribus cameralibus

1698

1. Flad, Fridericus Reinhardus: De distinctione juris et virtutis

2. Hertius, Joannes Nicolaus: Satura paroemiarum juris Germanicarum nova

3. Hertius, Joannes Nicolaus: De subjectione territoriali.

4. Hertius, Joannes Nicolaus: De quasi possidente probante

5. Hoepfnerus, Johannes Henricus: De interpretatione juris.

6. Hofmeister, Johann Melchior: De ephoris juvenum

7. Malcomesius, Georgus Augustus: De actione hypothecaria

8 u. 8b Weber, Immanuel: De vindiciis adversus legum delinquentem et de judice ejus competente
2 Exempl. 1698 u. 1748

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381374-p0008-0

5270.

1694, 1
22
1

I. N. D. N. J. C. A.

# DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA DE JURE TUTELÆ NECESSARIÆ,

*Ad L. 3. D. de I. & I. l. 1. C. Unde Vi. l. 2. & 3. C. ad. L. Cornel. de Sicar. l. itaque 4. pr. l. ſcientiam. 45. D. ad L. Aquil. tit. C. quando liceat unic. ſe ſine Jud. Vindicare. Conſtit. Crim. Carol. V. art. 139. cum ſeqq.*

*QUAM*

SUB CÆLESTI PRÆSIDIO,

EX

*MAGNIFICÆ ET AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ DECRETO*

IN ILLUSTRI HASSO-GISESSENA UNIVESITATE,

*PRO*

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE OBTINENDIS,

*IN SOLENNI JCTORUM AUDITORIO*

EXCELL. SENATUS ACADEMICI DISQUISITIONI PUBLICE SUBMITTIT

JOHANNES EBERHARDUS Frech/
*Wetzflarienſis.*

*Ad d. I. Novembr. Anno MDCXCIV.*

22.

*GISSÆ HASSORUM,*
Typis CHRISTOPH. HERMANNI KARGERI, Acad. Typ. Ord.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381374-p0009-9

*Eminentiſsimo, & Celſiſsimo Principi, ac Domino,*
DOMINO
# JOHANNI HUGONI,
Archi-Epiſcopo Trevirenſi, Sacri Romani Imperii per Galliam & Regnum Arelatenſe ARCHI-CANCELLARIO, ac PRINCIPI ELECTORI, Epiſcopo Spirenſi, Adminiſtratori Prumienſi perpetuo, & Præpoſito Weiſſenburgenſi, &c. &c.
*Imperialis Cameræ Judici,*
Domino ſuo Clementiſſimo.

*Illuſtriſsimo, & Excellentiſsimo Domino,*
# DN. JOHANNI ANTONIO,
Comiti in Leiningen, Domino in Weſterburg, des H. Röm. Reichs Semper-Freyen &c.
Imperialis Cameræ Vice-Judici & Præſidi.

*Illuſtriſsimo, & Excellentiſsimo Domino,*
# DN. CAROLO FERDINANDO,
Comiti in Manderſcheid, Blanckenheim, Ruttig & Gerholſtein, Domino in Gronenburg, Bettingen & Daun, &c.
*Imperialis Cameræ Præſidi,*
Nec non
*Per Illuſtribus, Præ Nobiliſſimis, Ampliſſimisq; Dominis, Dnn. Ejusdem Auguſtiſſimi Imperialis Cameræ Judicii*
# ASSESSORIBUS,
Dominis ſuis per quam Gratioſis & omni venerationis cultu maximè ſuſpiciendis,

*D. D. C.*
AUTHOR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381374-p0010-1

# THESIS I.

VT regulariter legum ſacra reverentia jubet, ne manu, ne vi, ne impulſû proprio, neve ſine judice aliqua agantur: *l.non eſt ſingulis 176. de R.J. l.13.§.3.de Uſufr.* Ita jus ſuperius liberam reſiſtendi nobis cunctis tribuit facultatem, ubi neceſſitas coëgerit, ante occurrere, quàm ad judicem venire poſſimus, *tit. C. quando liceat unicuique ſine judice ſe vindicare.* Concedit autem hoc cauſis duabus: unâ ad defenſionem ſui, alterâ pertinente ad juris ſui adverſus invadentes, reſiſtentes vel fugientes perſecutionem. De illa hoc in loco videbimus, cujus ſedes eſt *in ll. in rubr. allegat.* Sed quid proderit de ea latè diſſerere, niſi prius conſtet, an licita ſit, & quousque? Hoc habes ex nomine ejus, quo aliàs inſcribitur inculpatæ tutelæ: ſine culpa n. eſt, quod jure fit; jure verò nihil niſi quod bonum & æquum eſt. Atqui horum bruta ſunt expertia: juris igitur naturalis non erit? Imò & naturâ brutis non minus eſt indita ac nobis, aſt illis ſine, nobis cum modo præſcripta. Ex naturali enim inclinatione primum, idque rude, habet principium *l.1.§.11.D.Si quadrup. pauper. feciſſ. dicat. l. 1.§.27. de Vi & Vi armat.* D. Thomas *in 2.2.q. 64. artic. 5.* Dominic. à Soto *de I.& I. lib.5.q.1.artic.8.* Cujac. *5.obſ.18.* Borch. *ad §.3.d.I. & I.* Gail. *2. O. 110.n.9.* Menoch. *2. arbitrar. caſ. 277.* Vaſq. *in illuſtr. controverſ. c.18.n.3.* Gentium jure ſuſcepit moderamen & formam *l.3. de I.& I. ubi* Decius. *n. 28.* Bocer. *tractat. de jure pugnæ lib.2.c.9.* Gail. *1. de pac. publ. c.16. n.10.* quam confirmavit & explicavit jus civile dilucidius *l.45.ad L. Aquil. l.3.§.9.de Vi & Vi armat. l.1. C. unde Vi.* Peinliche Halßg. Ordn. *artic. 140. & 142. junct. §. venditæ verò Inſt. de R. D. §.1. verſ. civiles ubi Cujac. Inſt. de Oblig.* Diſſent. Donell. *1.comm. 2. p. 1. & c.7.* Coraſ. *de arte jur. part. 2.c.8.* Connan. *1. comm.6.n.8.* Schn. *de I. N.G.*

Tutela Neceſſaria quo jure inducta?

*& C. n.12. ubi & VVeſ. in not. ac* pleríque, quibus doctiſſimè reſpondet Vir JCtiſſimus Georg. Obrecht. *tract. de defenſ. c.4. uſq; ad finem* Conf. omnino Balthaſ. Gomez. *tract. de poteſt. in ſe ipſum lib. 1. c. 87. & ſeqq. & fere per totum.* Conſtat ex dictis, licet furioſus non faciat vim cum injuria, *argt. l. ſi quis ſervum 26. D. & §. 1. J. de injur. §. 8. J. de Inutil. ſtipulat.* (qua ratione non adſtipulatur Obrechtus *d. c. 4. n. 14.* Decio quod *in d. l. 3. de I. & I. n. 16.* tradat defenſionem præſentem eſſe vis injurioſæ) attamen, quia vim patitur natura & ſimplicem, ſique vis non requiritur vim inferens & injurians ſimul, ſed nuda ſive ex propoſito fiat ſive non, teſte Cic. *pro Milon.* Obrecht. *eod. c. 6. n. 6. & ſeqq.* ideo & contra furioſos nos non minus defendimus rectè, quam infantes, mente captos, noctambulos, dormientes & ſimiles: *d. l. 1 §. 11. ſi quadrup. paup. feciſſ. dicat. l. 3. 4. 45. §. qui cum aliter. ad L. Aquil. d. l. 3. de J. & J. ubi Br. n. 5.* Jaſ. *n. 20.* Decius *num. 10.* Claud. de Seyſell. *n. 43. & in l. 1. n. 50. C. unde Vi & Gom. 3. reſolut. 3. n. 20.* Carer. *tr. de homicid. n. 98.* Schrader. *de feud. part. 9. c. 4.* Bocer. *de Jur. pug. lib. 2. c. 9.* atqui impunè fert homicidium commiſſum furioſus in *l. 14. D. de Offic. præſid.* per hoc verò non denegatur contra eum defenſio iniqùe inſultato. Amplius ſi juris naturalis defenſio eſt, renunciari firmiter eidem minimè poſſe liquet, etiam ſi renunciatio juramento fuerit confirmata. *gl. in L. pactum inter heredem D. de Pact.* Vide Balthaſ. Gomez. *d. c. 17. n. 4. & ſeq. c. 8. per totum.* Sed & nominis hujus præſentis materiæ fecimus hic mentionem; cujus ratio facilè petitur & per ſe perſpicua eſt ex ipſa re ſubjecta, ut dicatur hæc defenſio inculpatæ tutelæ, qua in culpa ipſius eſt offenſor, & fit eadem ſine culpa defenſoris, quò facit ſubſequens definitio & authoritas legum, è quibus conſtat de proprietate nominis. *l. 1. C. de jur. Emphyteut. Br. in l. omnes populi n. 53. de I. & I.* Menoch. *1. arbitrar. qq. caſ. 4. n. 6.* Alio nomine dicitur moderamen inculpatæ tutelæ: fortè auctoritate *l. 1. C. Unde Vi* (nam non alibi moderaminis ejus in jure mentionem fieri reperio) propter formam, quam moderamen defenſioni illi communicat, & in qua defenſio omnis poſita eſt ut in th. ſeq. Nos Germani appellamus Nothwehr *Conſtit. Caroli. Criminal. art. 140.* Defenſionis v. nomen recte retinet jure

corre-

correlatorum, hæc tutela, ut cui ex adverſo oppoſita eſt offenſio. e leg. *Gell. 9. noct. attic. c. 1. in fin.* Et moderamen inculpatæ tutelæ dicitur ad differentiam moderaminis, de quo in *l. non ſine, C. de bon. quæ lib. in pot.* quodque inducit arbitrium boni viri; Men. *1. arbit. q. 8. n. 55.* & illius quod dicitur ſuæ voluntatis pro teſtamento in *l. 8. C. qui teſt. fac. poſſ.*

## THESIS II.

Quid ſit tutela hæc.

Definitur vis contra jus illatæ, vel inſtantis, injuriæve periculoſæ propulſatio. *d. l. 3. de I. & I. l. 1. C. unde Vi. l. itaq; 4. pr. verb. nam adverſus peric. ad L. Aquil. l. ſcientiam 45. §. 4. D. eod. l. 1. §. vim vi 27. & l. 3. §. cum igitur 9. de Vi & Vi armat.* Aliter definit eam Salomonius in repet. *d. l. 3. de I. & I. n. 2. & aliter* Georg. Obrecht. *d. tr. c. 4. n. 1.* quos ſequuntur Dd. communiter.

## THESIS III.

De Cauſa hujus Tutelæ efficiente & quæ nam Vis in ea requiratur.

Cauſa itaque ejus impulſiva eſt vis, ſ. ſit privata ſ. publica *tot. tit. de Vi publ. & de Vi privat.* ſ. compulſiva, ſ. turbativa, ſ. expulſiva ſ. ablativa. Vim n. hic accipimus quamcunque contra invitum a. reluctantem violentam machinationem *d. l. 3. de I. & I. l. 1. C. unde Vi l. pen. de Vi & Vi armat. d. l. 13. quod met. cauſ. l. 11. de Vi & Vi armat. l. 73. §. Vi factum de R. I. l. 19. quod Vi a. Clam.* Sed catalogum remediorum contrà prædictas ſpecies, *vide ap. Marant. in prædict. part. 4. diſtinct. 7. n. 39. & ſeq.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. in prælud. n. 46. & ſeqq.* Heig. *in §. recuperandæ verſic. ſed ex conſtitutionibus. 10.* Schn. *ad pr. Inſt. Vi bonor. rapt. & gloſſ. ad text. 13. D. quod met. cauſ.* Atqui hinc etiam ſine armis inſultantem tibi rectè aggrederis? Utique, cùm vis publica & privata eo diſcernantur, quod hæc ſine armis, illa dicatur quæ fit cum armis. *§. recuperandæ Inſt. de interdict. l. 1. & 3. de Vi public. l. 5. de Vi privat.* Haſpr. *ad §. 8. n. 2. J. de publ. judic.* Fachin. *9. controverſ. c. 102.* Goedd. *ad l. 41. n. 10. de V. S. licet. diſſ.* quoad hanc vis publicæ & privatæ diſtinctionem Robert. *lib. 3. ſentent. c. 22. Aliter Decian. tr. criminal. lib. 8. c. 1. pr. aliter Cujac. in parat. C. de Vi public. & in not. ad* Paul. *libr. 5. ſentent. tit. 26.* Teſſaur. *deciſ. 35. n. 1.* Althuſ. *1. l. R. in fin.* Heig. *in d. §. recuperandæ, verſic. ſed ex Conſtitutionibus ſacris Inſtit. de Interdict.*

Injuria quænam hic interveniat. *dict.* Et injuria, quæ & ipſa variè ſumitur, hic tantum pro vi reali ut in ſeqq. th. 6. & ſeq. atque ita injuriam ac vim & ſeparatim & conjunctim interdum cauſam efficientem defenſionis ponimus, non proximam ſed remotam, quæ videlicet eſt in perſona offendente in defendente proxima eſt προαίρεσις juſta, quâ quisque ſe tueri molitur. Georg. Obrecbt. *diſput. ſuar. 3. th. 90.*

## THESIS IV.

Quibus detur hæc Tutela neceſſaria. Datur omnibus, nullâ ætatis. *d. l. 3. verb. quisque de I. & I.* qui articulus eſt univerſalis *l. hoc articulo. 29. de hered. Inſtit. Cic.* 1. *Offic. & libr 2. de Finib.* Ohrecht. *d. tr. c. 5. n. 9.* & conditionis habitâ exceptione; Adeoque Studioſis, Doctoribus, Apoſtolis Præsbyteris, monachis, Clericis, etiam dum ſacra peragunt. Gail. 1. *de pac. publ. c. 6. n. 9. & 2.* O. 110. *n. n.* 11. Farinac. *tr. Crimin. 9. 32. n. 67. &* Hyppol. *in in pract. Crim. §. quoniam n. 75.* ruſticis & cujuscunque ſortis hominibus, æque ac Viris Clariſſimis, Principibus & ſummis *d. l. 3. verb. quisque.* Et quia defenſio illa, juris Naturalis eſt, tam ſervis quàm liberis *d. l. 3. arg. l. quid aliud de V. S. l. 1 §. 2. ſi quadrup. paup. feciſſ. dicat. & l. 14. de Obl. & Act.* Multo magis bannitis; retinent enim quæ ſunt juris gentium, in tantum ut non obſtet ſtatutum Civile quod permittit contra exulem ſævire, Obrecht. *d. c. 5. n. 10. & 11. conſte.* Balth. Gomez. *tr. de poteſt. in ſe ipſum l. 1. cap. 17. n. 12. & ſeqq. Dd. in d. l. 3. de I. & I.* Barthol. *n. 4. Bl. n. 6. Decium. n. 13.* Bolognet. *n. 15.* Nellum. *d. S.* Gemini *in tract. de bannitis. 2. part. 2. 9. 49.* Petr. Duen. *reg.* 192. *limit. 2.* Hippol. Ryminald. *in repetit. C. quæ in Eccleſia 1. de conſtitut. num. 237.* Quod procedit ſine dubio de banno Civili, non de ſummo *vid.* Dn. Stuck. *part. 1. exerc. 3. aſſert. 7. lit. a. & Exeges. jurisdict. concluſ. 3. tit. 1.* Atque hoc idem ſtatuimus de damnatis ad mortem. Guittierrez. *libr. 2. conon. qq. c. 24.* Non obſtant quæ per S. Thomam *in 2. 2. q. 69. artic. 4. & alios monet* Balthaſ. Gomez. *d. loc. n. 15. & lib. 2. c. 1. & 2.* loquitur enim in caſu martyrii, quod ad exemplum minimè trahendum. Noſtram a. deciſionem corroborat illud vulgare, ne delicta maneant impunita; *l. Vulneratus D. ad Aquil.*

nullâ

nullâ etiam ſexus habita ratione, *d. l. 3. verb. q. quisque junct. l. 1. de V. S. ubi* Br. Gothofr. *plenariè* Goedd. *ac* Sotin. *in fallent. regul. 257.* Cujac. *& Dd. in l. quicunq; C. de ſerv. ſugitiv.* Johann *de* Monte Sperello *Conſil. 87. num. 1.*

## THESIS V.

Contra quos & quibus detur hæc tutela.

Datur contra quemcunque, nec hoc enim diſtinctionem recipit. *l. 2. C. ad L.* Cornel. *de ſicar l. 5. verb. quemcunque D. ad L. Aquil.* Non ætatis præced. th. non ſexus, *Conſtit. Criminal. artic. 144. verb.* Wäre doch möglich daß ein grauſam Weib einen weichen Mann ꝛc. nec conditionis, ut etiam contra Principem & magiſtratum injurioſum rectè te defendas. *gl. ad L. d. 3. de I. & I. Clementin. paſtoralis §. cæterum de re judicat. Carer. in practic. criminal. §. circa n. 87. Clar. in pract. crim. §. final. q. 29. n. 2. & k. homicidium n.* 301. Bodin. *2. de Repub. c. 5. & 3. c. 5. pag. 490.* Mynſ. *5. obſerv.* 18. Menoch. *remed. 8. recup. poſſeſſ. n. 9.* Roſenth. *de* Feud. *c.* 18. *concl. 20. n. 26. poſt plures ibidem relatos, & præced. cond. 11. n. 9. cum additionibus ſub tit.* 10. *Vaſq. 1. controv. 11. n. 11.* Eadem ratione cum moderamine juſtè ſe defendunt diſcipuli contra præceptores, ſervi contra dominos, immoderatè videlicet illos caſtigantes. *argt. l. ſed etſi 5. §. ult. cum l. ſeq. ad l. Aquil. & argt. l. 1. C. de emendad. propinquorum. l. 15. §. 38. de injur.* Georg. Obrecht. *de defenſ. neceſſ. c. 6. n. 33. & ſeqq.* liberi contra parentes, quod tamen religioſâ indiget declaratione *Vid.* Obrecht. *ibid n. 13. usq; ad 23.* ita tamen ut illud etiam ad defenſionem rerum, dummodo vitæ periculum ſubſit, verè extendamus, licet *diſſ.* Albericus *de Roſate in d. l. 3. ibique* Seyſell. *n. 24. de I. & I.* Roſenth. *de feud. d. c.* 10. *cond. 20. n. 30.* datur itidem tutela hæc laicis contra Clericos, monachis contra Abbatem imò ipſum Pontificem: *Covarr. 2. reſolut.* 10. *n. 8.* lictoribus ſ. apparitoribus contra in carcerandos, ſcilicet armis reſiſtentes *argt. l. 4. C. quæ ad Eccleſ. confug. Clar. §. final, quæſt. 29. per tot. Carer. in d. pract. crimin. §. homicidium 6. n. 78. usque ad 83.* Gomez. *2. reſol. c. 9. n. 6.* & ob debitum civile. *text. generali* Conſtit. Carolin. *Criminalis artic.* 150. *in princip. verb.* mehr / ſo jemand einen von Ampts wegen zu fahn gebührt/

gebührt / Farinac. *d. tr. Crim. d. q. 32. cum ſeqq. & n. 54. & 56.* Obrecht. *d. c. 6. n. 47. & 48.* Similiter datur tutela Creditori adverſus debitorem, in fuga qui deprehenſus reſiſtit. *argl. l. ſi ex plagis §. tabernarius D. ad L.* Aquil. Bald. *in l. ſicus allegas n. 1. C. ad Leg.* Corn. *de ſicar. in fin.* Gail. *2. O. 44. n. 3.* item donarario contra donatorem. Schrader. *de feud. part. 9. c. 4. n. 57.* liberto contra patronum, per ea quæ diximus de ſervis, proindeque Vaſallo contra dominum feudi licet ei reverentiam debeat. *c. 1. de milit. Vaſall. qui contumax C. 1. ex quic. cauſ. feud. amit. gl. in c.* 1. *§. porro ſuper. verb. vel male, quæ fuit princ. cauſ. benefic. omittend. ubi* Iſern. *n. 19.* Alvarott. *n.* 4. Præpoſitus *n.* 1. Schenck. *n. 5. & 6.* Afflict. *in §. item ſi de lator n. 13.* Laudenſ. *in c. 1. n. 8. de form. fidelit. Curt. jun. tr. feud. part.* 4. *n. 36.* Roſenth. *de feud. c. 10. cond. 20. n. 25. & 32.* Schrader. *d. part. 9. c. 4. n. 65. & ſeq.* Vaſq. 1. *controverſ. 1. c. 8. n. 44.* Ravenn. *in c. 1. verb. & vaſallus licet. de nova forma fidelit* Zaſ. *de feud. part. 7. n. 34.* Borch. *c. 7. n. 41.* Kirchov. *in theſaur. comm. opin. tit. 11. verſic. Vaſallus committens.* Vult. *de feud. c. 10.* ſed Vaſallus fuga ſe liberare potuit? Adhuc eundem legitimè reſtitiſſe dicendum eſt. Schrader. *d. part. 9. c. 4. n. 36.* Roſen. *d. cond. 20. n. 31. Diſſ. Felin. in c. ſuſcepimus de homicid. c. delict. n. 15. de except.* Hippol. *in practic. criminal. §. quoniam n. 86.* & plures quibus reſpondet Schrad. *d. l.* Quid ſi dominus tantum minatus fuerit? & ſi minæ fuerint actu proximæ, dominus gladio inſtructus & qui ſolitus eſt minas exequi, impunè Vaſallus eum occidiſſe dicitur. Afflict. *in C.* 1. *§. porra n. 8. 15. & 16. quæ fuit princ. cauſ. benef. omitt.* Schrader. *de feud. d. part. 9. c. 4. n. 6.* Roſenth. *d. cond. 20. n. 34. cum additionibus ibid. lit. num.* Ubi vide quando per minas quem occidere liceat. Quid ſi Vaſallus dominum planè innocentem fortè occiderit, cum contra tertium periculum ſibi creantem, ſe defendere intentavit, vel dominum interfecit, cum aliâs ſe contra tertium defendere non potuiſſet? adhuc impunis erit, propter *d. l. 13. de l. & l.* Schrad. *d. c. 4. n. 59. per l. is qui aggreſſorem 2. ubi gloſſ. in verb. alium C. ad L.* Cornel. *de ſicar.* Bald. *in l. 1. n. 24 C. unde Vi.* Clarus *lib. 5. ſententiar §. homicidium. n. 31.* Roſen. *d. c. 10. cond. 20. n. 33.* Ob honorem tamen licere Vaſallo dominum

num lædere non putarem, argumento eorùm quæ ſequuntur *ſub th. 8. Diſſent.* Roſent. *ead. concluſ. 10. n. 32.* Schenck, *in d. c. 1. §. porro. n. 6. quæ fuer. princ. cauſ. benef. amitt.* Secus eſt ſi pro ſua vel ſuorum pudicitia, vel ob injuriam repellendam ſimilem, Dominum læſerit. Mynſ. *ad. §. injur. J. ad L.* Aquil. Gail. 1. *O. 10. n. 3.* Clar. *d. §. homicid. n. 26.* Vaſq. *1. controverſ. 18. n. 13. & ſeqq.* Schrad. *d. part. 9. c. 14. n. 126. & ſeq. Additiones ad* Roſenth. *d. concl. 20. lit. kk.* Sed exceſſit Vaſallus, non dolo, nec culpa, ſed caſu moderamen? tenebitur uti cæteri illud excedentes, pœnâ extraordinariâ *vid. th. ſeq.* Atqui feudo propterea non privabitur, ne initium à Domino proveniens illicitum, culpam præbeat vaſallo ſeſe defendenti. Cravetta. *vol. 1. Conſ. 119. n. 11.* Schrad. *d. c. 4. n. 70. & ſeqq.* Roſenth. *d. concl. 20. n. 32. & 35. cum duob. ſeqq.* Hæc quæ diximus in dominum ſimiliter procedunt contra ejus ſocium, auxilium illi vel opem præſtantem *argt.* §. *interdum.* II. *J. de Obligat. quæ ex delict. naſc. d. l. ut vim. 3. de J. & J. d. l. is qui aggreſſorem cum ſeqq. C. ad l.* Cornel, *de ſic. confer* Gail. *2. O. 110. n. 9. cum ſeqq.* Weſenb. *conſil. 57. n. 12.* Gemmel *in Compend. feudal. part. 10. c. 2.* Schoner. *diſputat feudal. 10. th. 32.* Ac adeò vera ſunt, ut non ſolùm liceat facere defenſionem promptam & improviſam, verum etiam inſidiis præparatam. Ant. Capyc. *in inveſt. feud. c. feuda amittuntur col. 13. ſub caſ. 12. limit. 1. col. 14. caſ. 14. limit 2. verb. limita & aliter p. 49.* Sonſbec. *de feud. part. 12. n. 40. & part. 13. n. 6.* Mozz. *tr. feud. tit. final. ex quib. cauſ. feud. amit. n. 27. in fin.* Schrad. *part. 8. c. 1. n. 96. & 157.* Ripa *in l. fin. n. 66. C. de revocand. donat.* Ubi infert præterea, rectè denegare vaſallum domino peſtiferato ingreſſum loci. Quod verò inhumanum videtur, & charitati Chriſtianæ vix reſpondet, ſi dominus ſe aliò recipere non valeret. Roſenth. *d. concl. 20. in ad d. lit. ff.* De mediatore quæritur, quatenus impunè lædatur, vel etiam planè occidatur? Et ſi revera aggreſſorem juvet, vel aggreſſum prohibeat, ne ſe defendere poſſit, idem jus verè ſtatuunt in illo, quod eſt in ipſo aggreſſore Schrad. *d. c. 4. n. 58.* Alberic. *de Roſate &* Angel. *in l. 3. D. de Vi public. arg. illius textus.* Innocent. *in C. 6. col. 2. verſic. & idem diximus de homicid.* Clar. *lib. 5. ſentent. §. homicidium n. 33. &* Vaſq. *1. Illuſt.*

*controv. c. 19. n. 19. 20. & 21.* Sed & ſi mediator ſe talem fingens, aggreſſorem l. aggreſſum doloſè læſerit, tenetur de injuriis, l. ad compenſationem damnorum & expenſarum Boer. *deciſ. 83. n. 3.* Angel. & Bald. *in l. 1. §. ſi ſibi manus & §. occiſorum D. ad Set. Syllan.* Obrecht. *d. tr. de neceſſ. defenſ. c. 5. n. 13. usq. ad fin.* Exceptis caſibus ſpecialibus aliquibus in quibus ceſſat, ut in Caſu *l. qui reſtituere 68. de R. Vindic. l. ſi quis juſſus D. ne Vis fiat ei qui in poſſ. miſſ. l. extat. 13. quod met. cauſ. l. 4. ad L. Aquil.* & Caſibus ſimilibus, puta quibus vel modus, vel cauſa, vel tempus non adeſt *vid. th. ſ.* item ſi pater filium, præceptor diſcipulum, dominus ſervum, magiſtratus ſubditum &c. modicè caſtigarint, ut ſuperius dict. An & Princeps vel Pontifex rectè tollit eam defenſionem? Affirm. Dec. *in C. cum dilecti col. 7. D. de Except. Alexand. in l. cum mulier col. 3. D. ſolut. matr.* Alberic. de Roſate *in l. omnes in princip. C. de Epiſc. & Cleric.* Angel. *in l. ſi ſic D. de legat. 1.* Terrand. Zozeſ. *in Conſil. pro March. de Velez. dubitat. 1. p. 337. n. 66. verſio ſicut de defenſione.* Contrarium vid. *ap.* Vaſq. *1. illuſtr. contr. 18. n. 1. 2. & 3.* quod procedit quatenus ea defenſio eſt juris gentium primævi *§. pen. J. de I. N. G. & Civ.*

In quibus Caſibus hæc Tutela ceſſet?

## THESIS VI.

Super quibus rebus Tutela hæc detur.

Datur & de Perſonis, quæ perſonæ ſunt triplices: aut enim defendimus nos ipſos, aut neceſſarios a. extraneos. De nobis ipſis lis nulla eſt. *l. 3. de I. & I. verb. corporis ſui l. itaq. 4. verb. inſidiantem mihi, cum l. ſeq. in verb. ſe petentem. l. ſcientiam. 45. §. qui cum aliter, verb. tueriſe D. ad L. Aquil. l. 2. Verb. in diſcrimine conſtitutus & l. 3. verb. ad ſe venientem C. ad l. Corn. de ſicar.* per hoc v. quod ratio permittit ſe defendere, id quod ſibi tribuit, non erit denegandum perſonis aliis, equidem non quod & hoc legibus ſit expreſſum, ſed ex ſufficienti juris interpretatione *§. ult. J. de Noxat. Act. l. ult. C. de impuber. & al. ſub ſtitut. l. 1. & 2. & l. lex cornelia D. de injur. addito argt. l. 1. & 7. de liberali cauſ. item l. hi tamen D. de accuſ. l. aut affinitate l. hæ perſonæ D. de procurator. text. eleg. in l. 1. §. item divus D. ad L. Cornel. de ſicar. l. 50. de R. J. l. 3. de Noxal. act. l. 4. de Curat. furioſ. l. 220. §. fin. de V. S.* Peinliche Halßgerichts-Ordnung. *Carol. V. artic. 150. pr. verſic.*

Item

Item ſo einer zu Errettung. *Exod. 2. verſ. 12.* Matth. *22. v. 39.* Marc. *12. v. 31.* Luc. *10. v. 36.* Joh. *3. v. 16. Cap. 5. 7. Cap. 8. Cauſ. 23. q. 3. C. 3. diſtinct. 83. C. negligere 2. q. 7.* Gail. *2. O. 110. n. 19.* Vaſq. *1. Controv. 19. n. 5. & 6.* Br. *in d. l. 3. de I. & I. n. 7. &* Jaſ. *n. 27.* Zoanet. *de defenſ. part. 1. n. 54. 82. 87. & paſſim. Placa lib. 1. Epit. de lict. c. 24. n. 26.* Boer. *deciſ. 83. n. 6.* Menoch. *2. arbitrar. qq. caſ. 361. n. 9. & 10.* Bocer. *2. de jur. pugnæ c. 9.* Variè diſſentientes vide, & confer ſingulos, *apud* Obrecht. *d. tract. de neceſſar. defenſion c. 7. n. 9.* Vaud. *2. q. 29. in fin.* Bolignet. *in d. l. 3. de I. & I.* Romul. *in compend. de Homicid. part. 1. part. 3. n. 124. cum ſeqq.* Clar. *§. fin. q. 81. n. 3. gloſſ. in c. quanta de ſentent. ex communicat. & Gloſ. in l. culpa caret 50. de R. J.* Hackelmann. *diſp. 1. th. 4.* Tileman. *diſp. 1. th. 19.* Non eadem tamen, quod notandum, perſonarum neceſſariarum & extranearum eſt ratio. Namque interdum illas, non raro, & has præferimus; & in probatione moderaminis inculpati videndum, quibus majori vinculo ſimus obligati. Maximè igitur incumbit magiſtratui defendere ſubditum *l. 3. & 13. de Offic. præſid.* Obrecht. *diſp. 3. th. 188.* & præ omnibus Vaſallus ſuccurrat domino *C. 1. §. f. Ubi finit. lex. Vult.* 1. *I. R. 10. n. 26.* etiam extra prælium ſ. aciem, ſub pœna omiſſionis feudi. *C.* 1. §. *item qui dominum, ubi gl. quæ fuit. prim. cauſ. benefic. amitt. c. 1. pr. ibidemq; gloſſ. quib. mod. feud. amitt. tit. 1. c. ſi capitanei, quib. mod. feud. amitt. tit. 2. &c. ſi quis miles de Feud. ſine culp. non amitt.* Curt. jun. *tr. feud. part. 4. n. 4.* Zaſ. *part. 10. n. 18. & 68.* Sonsbeck. *part. 12. n. 10. & ſeq.* Hanneton. *lib. 3. jur. feudor. c. 1.* Weſenb. *c. 15. n. 7.* Duaren. *in comment. feud. c. 8. n. 86.* Mozz. *tr. feud. tit. ex quib. cauſ. feud. amitt. n. 83. & ſeqq.* Schrader. *de feud. part. 9. c. 1. n. 4. & part. 6. c. 6. n. 74.* Schneidew. *part. 8. c. 1. n. 20.* Roſenth. *c. 10. concl. 6. per tot. Vult. c. 11. n. 19. & 51.* quod & obtinet ſi in prælio campeſtri reliquerit dominum non mortuum nec vulneratum *c. 1. quot. teſt. ſunt neceſſar.* Zaſ. *de feud. part.* 10. *n.* 18. Sonsbeck. *d. loc. Curt. d. part. 4. n. 12. Diſſ.* Bald. *in dd. cc. argt. l. 7. D. de divort.* Non tenetur tamen objicere proprium corpus, licet dominum aliter defendere nequeat, per ea quæ diximus de Vaſallo & domino. *eleg.* Roſenth. *de feud. d. c.* 10. *concluſ.* 16. *n. 20. poſt ibidem adductos.* An a. præferre dominum parentibus ?

tibus? Utique ſi parens dominum offenderit. Quod quidem durum videtur. *teſt.* Zaſ. *de feud. part. 7. n. 28.* attamen lege conſuetudinis ita ſcriptum eſt. *d. c. 1. §. fin. hic finitur lex. junct. qui & a quibus manu miſſ.* Vult. 1. *I. R. c.* 10. *n. 33. Diſſ.* Zaſ. *d. loc. n. 30. & ſeq.* Roſenth. *c. 8. concluſ.* 11. aliter diſtinguendo Bald. *in c. 1. de forma fidelis juvantur lectione d. §. fin. Cujacii*, cui noſtra lectio de eſt, minus vero obligatur Vaſallus domino noviori ac antiquo latiſſimè Roſenth. *de feud. c. 8. concluſ. 25. usq; ad n. 21.* & arctiſſimè præ omnibus Imperatori, ſeu ſuperiorem non recognoſcenti, contra quos nec juramentum recipitur. Gotthofr. *in not. ad §. fin. lit. e. hic finitur lex.* Borch. *latè de feud. c. 4. n. 24.* An verò obligatur contra patriam? Minimè Borch. *c. 7. n. 42. & poſt pleroſq; Vult. 1. I. R. c. 10. n. 31.*

## THESIS VII.

Quatenus hæc Tutela detur de rebus.

Et de Rebus, intellige non ſimpliciter ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ. *l. 1. C. unde Vi.* Ideoque pro bonorum defenſione eum, qui cum armis venit, licet armis repellere in continenti poſſimus. *l. prohibitum 5. C. de jur. fisci. l. devotum C. de metat. l. quid eſt. 3. §. cum igitur 9. D. de Vi & Vi armat.* attamen occidere eundem impunè non poſſumus, niſi ſimul vim nobis ipſis intulerit. *d. l. 1. l. 4. cum l. ſeq. l. 45. §. 4. & l. 53. §. 1. ad leg. Aquil. l. 9. ad l. Cornel. de ſicar. arg. l. 21. in fin. C. de SS. Eccleſ. C. unic. ſi quis hominem de pac. tenend. & ejus violat. c. 2. & ſeq. de homicid.* Bolognet. *in l. 3. de I. & I. n. 66. cum ſeqq.* Bocer. *de jur. pugn. libr. 2. c. 8.* Donell. *in d. l. 1. C. unde Vi.* Harpr. *in §. item lex Cornelia. Inſt. de public. judic. n.* 107. Obrecht. *d. tr. c. 8. per tot.* Diſſ. Dd. comm. *gl. in d. l. 3.* Bar. *in d. l. 1.* Clar. *5. ſentent. §. homicidium. n. 25. cum additionibus ibid. lil. g. & latè ad eund. in eo §.* Bajard. *n. 79. 80. 81. & 82.* Menoch. *2. arb. caſ.* 135. *in fin.* Roſenth. *de feud. c. 10. concluſ. 20. n. 24. & poſt alios Vaſq. 1. controv.* 18. *n. 5. Aliter* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1126. *n.* 19. Schrad. *de feud. 9. c. 4. n. 61. & ſeqq.* Foltz. *tr. ad Leg. Cornel. de ſicar. c. 7. n. 90. & ſeqq.* Fachin. 1. *controv.* 31. quatenus Vaſallo incumbat defenſio rerum domini, confer Schrader & Roſenth. *dd. locis* & Matth. *de Afflictis in c. 1. §. porro n. 52. cum ſeq. quæ fuit prim.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-381374-p0020-6

*cauſ. beneſ. amitt.* Conſtat hinc, furem, ſ. diurnus ſ. nocturnus ſit, non aliter impune occidi, quam ſi poſſeſſor l. dominus, ſine metu ſaltem periculovè vitæ ei parcere non potuerit. *l. 5. pr. ad leg. Aquil. l. 9. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 7. §. 1. quod met. cauſ.* P. Halßgerichts-Ordn. Carol. V. *artic.* 150. *l.* 1. *C. quando lic. unicuiq; ſe ſine judic. vindic.* Cujac. 14. *obſ. c.* 15. 11. *obſ. c.* 27. & 19. *obſ. c.* 12. Forcat. Necyom. *dial.* 96. *n.* 6. Borch. *de pactis. c.* 2. *diviſ.* 2. *n.* 12. Obrecht. *d. tract. c.* 8. *num.* 24. & 25.

## THESIS VIII.

Fiat ſolummodo legitimo modo, hunc deſcibit Ulp. *in l. 1. §. vimvi 27. & l. 3. §. cum igitur. 9. D. Vi & Vi armat.* ut arma ſc. armis repellantur. P. Halßg. Ordn. *artic.* 140. & 142. An pari telorum genere? Imò proportione attentâ geometrica, ut etiam ſi aggreſſos pugnis plus valeat, aggreſſus, rectè armis ſe defendat: quare frivolum eſt, quo genere armorum aggreſſus ſe defendat, vel an planè ſine armis, curioſe velle diſtinguere quo ipſo defendendi libertas præſcriberetur. *l. 1. §. vim vi D. de Vi & Vi armat. d. l. 45. §. 4. verb. cum aliter ſe tueri non poſſunt. D. ad l. Aquil. l. 9. D. & l. Cornel. de ſicar. eleg.* Weſenb. *Conſil.* 19. *n.* 51. & 57. Gail. 2. O. 110. *n.* 13. Coraſ. *in d. l. 3. n. 7. de I. & I.* Obrecht. *d. tr. c.* 10. *n.* 6. 7. & 8. *Confer.* Cicer. *pro Cecinn.* Gell. *lib.* 10. *noct. Attic. c.* 25. *Diſſ. gl. in. d. l.* 1. *verb. ſuper moderatione C. unde Vi* Gramm. *Conſil.* 63. *n.* 2. & 3. *Clar. d. 5. ſentent. § homicidium n.* 34. *& Dd. Communiter.* LEGITIMA ex Cauſa quæ moderationis hujus defenſio juſta. Gail. 1. *de pac.* 16. *n.* 17. Clar. *d. §. homicid. n.* 34. Carer. *in pract. Crim.* §. *homidium* 6. *n.* 96. & *ſeqq. uſque ad* 150. legitima igitur cauſa defenſio juſta, Hæc autem conſiſtit *in verb. d. l. 3. de I. & I. propulſemus*, in quo & ipſa defenſio eſt. Concinne Oldendorp. *in Enchirid. except. fol.* 151. Propulſationem namque hîc ſumimus, pro injuriæ vitæ ab alio illatæ repulſione, lege conceſſa, quatenus verò lege conceſſa ſit, indicat Florentinus *in ead. l. 3. verb. ut quod quiſque ob tutelam corporis ſui*, qui igitur aliter ſe tueri non poteſt, niſi adverſarium occiderit, jure moderaminis inculpatæ tutelæ aggreſſorem impunè occidiſſe dicitur. *l. ſcientiam 45. §.*

Qui modus huic Tutelæ ſit præſcriptus.

